Id est fontem baptismi sui iudicium.
permixtum igne.
Id est spiritu uel temptatione. Ignis
enim aliquando spiritus sanctus intellegitur.
aliquando temptatio tribulationis.
Spiritus sanctus intellegitur sicut dicit.
Ignem ueni mittere in terram. Ignis
temptatio dicitur. ut apostolus ait.
Vasa figuli probat fornax. et homines
iustos temptatio tribulationis.
Et psalmista ait. Exarserunt
in me sicut ignis in spinis. Quia
per flumen de trinitate non iusti-
tia comburitur. sed siquidem est in terra
portauerunt peccatorum spine concremantur.
Bene ergo dicitur mare uitreum permixtum
igne. Id est baptismum permixtum Christi
passione. Quia non solum in aquam
sed et in morte ipsius baptizari per-
cipimur. per cuius mortem et sanguinem
diabolum superare possimus. Sicut dicit
de hoc permixto igne. Et uictorem

bestie. et simulacri eius. et numeri
nominis eius stantes super mare uitreum.
Mare uitreum dicit et reperit. Vitreum
enim placidum est. sed cito frangitur.
Ita et homo cum in Christo baptizatur.
ab omni corde peccata lauatur.
et tamquam uitrum placidum. Ita
uestis angelis conspicitur. Sed cum
per tempus uita prolongatur. dicto
facto uel cogitatu semper seducitur.
et tunc non Christi cuius baptismum susce-
pit.

sed bestie membris esse dinoscitur.
et notam nominis eius habere nondu-
bitauit. Qui uero gratia tanta
miseratione affluerit fuerit a spiritu
sancti gratia. et reuersus ad penitentiam
quam ceperit deplorare peccatum.
tunc creditur effugisse bestiam. et
copulatus esse in Christi corporis membra.
et tunc demum reconquirere quod
primum perdiderat sicut ait baptisma.
Et non in peccato iacens dicitur. sed
stans super mare uitreum sicut dicit.
Habentes citharas dei:——
In cithara corda est extenta. et
in ligno extensa. In ligno crucem.
In corda carnem extensum in penitentia.
Illa enim corda dulcem sonum reddit.
que in ligno crucis extenditur. omnis
in carne tenditur coniuncta.
Et cantant canticum Moysi serui
dei et canticum agni.
Post transitum rubri maris. cantauit
canticum populus dei. et ipsis et faraone
submerso. non ultra et fideles. post
quam de baptismo exeunt et mortua est
peccata. hymnum in uoce gratula-
tionis erumpunt dicentes.
Cantemus domino gloriose enim honori-
ficatus est. equum et ascensorem pro-
iecit in mare. Quod tamen melius
et dignius ille dicit. qui habuerit
timphanum in manu sua. sicut
Maria id est carnem suam crucifixerit

MADRID. — REAL ACADEMIA DE LA HISTORIA. — No. 33. Beatus M. S. from San Millán de la Cogolla. X-XII century.
Photo. J. Pierpont Morgan Library. Exped. Walter W. S. Cook. 1926.
2011 Ministerio de Cultura